



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 164. Plurium Principum oratores auditi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

eum delatis responderent. Verum causa hæc necdum finem sortita est.

Sæcul. XV.
A.C. 1416.

§. CLXIV.

Plurium Principum Oratores auditi.

Congressi sunt Nationum Deputati, ut *Vander*
advenientes Jacobi Borbonii Neapolitani Regis, & Joannæ II. seu Joannettæ *Hard tom. 4.*
uxoris ejus Legatos audirent. Hæc regina, cum fratrem suum, ejusque Antecessores imitata, pluries Romam invasisset, ac propterea terris suis exui pertimesceret, suis Legatis negotium dedit, ut Concilio obsequium præstarent, omnemque submissionis, ac fidei suæ testificationem erga futurum Pontificem suo nomine sponderent, simulque hujus electionem urgerent. Oratores perbenigne excepit Synodus, eisque suam protectionem promisit. Insuper Caroli de Malatestis, aliorumque Italiæ Principum Legati ad alloquium admissi sunt. Sub eodem etiam tempus contra eos, qui Angeli Corarii partibus adhærebant, querelæ deponerentur, ac si diversis modis status Ecclesiasticos divexare attentarent: quam ob rem Concilium respondit, se de opportunis tollendi dissidii mediis prospecturum, & in hac causa Commissarios deputaturum.

N 2

§. CLXV.